

Petrus Gregor. in *synagm.* lib. 32. cap. 7. & seq. Tulch. *litera A. concl.* 356. & seq. usque ad 172. Farinac. latissime, ut solet, *questione 12. & seq.* Paz in *praxi*, tom. 1. parte 5. cap. 3. §. 6. Pichardus in *manud. Elion.* 3. part. §. 3. num. 17. Barbofa in *collecl. tit. de accusat.* Boloa. in *Curia Philipp.* 3. part. §. 14. Villadieg. in *pelit.* cap. 3. ex n. 150. Morla in *enpor. titul.* 2. *quæst.* 3. ex numer. 44. & vide conclusiones criminales post *opera Reder. Suarez usque ad conclusionem 11.* Menoch. *de arbitrar. casu* 594. ubi de differentia inter accusationem, & inquisitionem quoad penam, Larrea *decl. Granat.* 27. ubi etiam de laboribus, & Carlev. *de judic. tom. 1. tit. 2. disp. 6.* ubi late an accusatus possit reaccusare, & de concursu civilis, & criminalis actionis. vide alia *supr. c. 1.* & Thom. Sanchez in *conf. moral.* l. 6. cap. 1. *dub.* 6. & seq. & cap. 3. *dubio 17. n. 4.*

Ad num. 1. ibi: In quo articulo breviter, & resolutivè dico, &c.

Nomen Imperatoris, seu Regis, & annum, & mensem, & locum commissi delicti; debere contineri in accusatione, ut hic resolvitur, sed sine his requisitis suffineri accusationem cum debeat procedi attentè veritate, docent ferè omnes *suprà*, citati, maxime Farinac. d. 9. 12. n. 2. Scaccia *de iur.* l. 51. ex numer. 2. Paz in *praxi*, d. c. 3. §. 6. Pichard. in *manud. El.* 3. part. §. 3. Villad. d. c. 3. ex n. 150. & de forma libellandi in criminali, iterum Farinac. d. 1. ex n. 5. Cevallos. §. 15. ubi late explicat constitutionem hujus Regni præcipientem procedi attentè veritate.

Ad num. 2. ibi: Et videtur dicendum quòd non, &c.

Non posse sequi condemnationem, si accusator probavit alio loco. seu tempore commissum delictum, & non proposito in libello, ut hic resolvitur docent Bossius in *pract. tit. de inquisit.* n. 90. 93. & 102. Malfard. *de probat. conclus.* 28. n. 4. & alij in unum congesti à Farinac. *quæst.* 1. n. 29. Paz in *praxi*, tom. 1. part. 5. c. 3. §. 6. n. 20. & vide *suprà* num. 7.

Ad num. 3. ibi: Unum tamen est, &c.

Non requiri, nec esse necessariam conclusionem in libello accusationis, nec inscriptionem ad penam Talionis, ut hic resolvitur, docent Clarus in *pract. §. final.* 2. 12. n. 21. Bossius in *pract. titul. de accus.* Paz in *praxi*, tom. 1. part. 5. c. 3. §. 6. n. 49. Covarruv. *lib. 2. variat. cap. 9. n. 1.* qui Talionis poenam in usu hodie non esse asserit, quod etiam defendit Clarus *quæst.* 81. Menoch. *de arbitrar. quæst.* 79. n. 5. Gregor. in l. 13. tit. 9. part. 4. & plurimos referens Pichard. in *manud. El.* 3. part. §. 4. num. 15. latissime Farinac. d. 16. ex n. 1. ubi n. 3 quòd poena Talionis recessit ab aula, & Paz *suprà*, n. 52. & seqq. vide etiam Scacciam *de judic. lib. 1. cap. 5. ex numer. 7.*

Ad num. 4. ibi: In quo articulo breviter, & resolutivè dico, &c.

Accusatorem non debere exprimere in libello diem, nec horam commissi criminis, præterquam si crimen sit tale quòd tantum sit punibile certo die, & tempore, ut hic resolvitur; præterquam quod deductur ex notissimis juris principiis hic adductis per nostrum Gomezium, docent Bossius in *pract. titul. de inquisit.* num. 19. Gigas *de crimine lese Majest.* libr. 1. tit. 1. *qualiter in crimine lese Majest. procedatur*, *quæst.* 3. num. 2. & Farinac. d. 1. num. 18. vide etiam Fachin. l. 9. *controvers.* cap. 14. Paz in *praxi*, tom. 1. part. 5. §. 6. n. 21. cap. 3. & Scacciam *suprà*.

Ad numerum 5. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Etiam ad instantiam Rei, accusatoris non debere exprimere diem commissi criminis, resolvit Gomez. ut vides; sed contrarium ut verius docet Suarez à Ribeira in *enpor. titul. de hunc locum*, cum Julio Claro, & aliis, & idem comprobat Malfardus qui alios refert, *concl.* 512. *num. 1. er. 3.* & *conclus.* 28. num. 3. & cum, & alios referens Farinac. d. 1. num. 20. ubi num. 11. limitat præterquam si hoc à reo calumniosè petatur, tunc enim denegandum est, & Judicis arbitrio relinquit, quando dicatur calumniosè petere, & consultat tali Judici, ut hoc casu antequam præcipiat accusatori, ut diem, & horam proferat, inquit à reo quò die fuerit absens, & quam defensionem velit facere, & ad quid petat exprimi diem; & videat ex expressione diei posse resultare reo aliquam defensionem, id præcipiat; Paz in *praxi*, tom. 1. part. 5. c. 3. §. 6. n. 22. Scaccia *de judic. lib. primo, c. 51. ex n. 35. late.*

Ad num. 6. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Si dies, & hora apponatur per accusatorem ad instantiam accusati, quod licet dies, & hora non probetur possit sequi condemnatio, secus aliàs ut hic resolvitur; docent Bossius *in de Inquisit.* n. 93. Clar. in *pract.* *quæst.* 12. Malfard. *de probat. conclus.* 28. num. 4. & alij relati à Farinacio in d. *quæst.* 1. num. 30. ubi num. seq. late comprobant limitationes nostri Gomezii, hoc loco, cum videas: ubi advertit quòd licet postea noster Gomez. in *versic. Sed his non obstantibus*, teneat indistinctè posse sequi condemnationem, quamvis dies, & hora posita fuerit accusato non petente, superior resolutio sequenda est. vide etiam Scacc. *de judic.* l. 1. cap. 31. ex n. 39.

Ad numerum 7. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Licet non fuerit probata qualitas aggravans delictum, ut prodictio, vel alia limilis, quòd adhuc sequi possit condemnatio, ut hic resolvitur, docent relati à Farinac. d. 1. n. 21. ubi etiam alios pro contraria adducit, quam sequitur tanquam communiorum: Ego tamen cum Suarez in *annotat. ad hunc locum*, nostro Gomezio calculum præbendum censens, nimirum delictum, ut probatum fuerit puniendum: & hoc maxime attento jure Regio in l. 10. *titul.* 17. *libr.* 4. *Recopilat.* quæ præcipit secundum veritatem esse judicandum: de quo late Azevedus ibi, & Barbofa in *collecl. cap. examinata de judic. numer.* 6. Hermosilla in l. 5. *titul.* 5. *part.* 5. *glossa* 7. ex numer. 30. Valasco. *de jur. empby.* §. 6. late, vide Larream *decl. Granat.* 50. ubi probat, quòd remissio adulterio ei qui illud cum incestu commisit, adhuc puniri possit de incestu; & *decl.* 48. numer. 20. & Scaccia *de judic.* lib. 1. cap. 51. ex numer. 39. late.

Ad num. 8. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Quòd pendente judicio possit addi qualitas aggravans delictum, dum tamen detur copia reo, ut possit se defendere, & ante conclusionem in causam hic resolvitur, docent Baïard. ad Clar. *quæst.* 12. n. 11. Cevallos *quæst.* 81. §. num. 16. quòd sano modo intelligendum est, ita ut defensio rei salva sit semper: vide etiam D. Larr. *decl.* Granat. 50. & Scaccia *de judic.* libr. 1. cap. final. numer. 8.

Ibi: Nec obstat textus in *le. aita actio*, &c. Laudat

Laudat nostrum Gomezium in *præsent.* Barbofa in *le. aita actio*, C. de edenao, in *collecl.* ad Cod. ubi alios refert.

Item an quis teneatur accusare, vide Thomam Sanchez in *collecl. moral.* l. 6. cap. 1. d. b. 20. ubi quòd teneatur, si in communi damnum redundet delictum, & cap. 4. *dub.* 1. n. 4. ubi an possit ab accusatione desistere?

CAPUT XII.

De probatione delictorum.

SUMMARI A.

- 1 Quid sit informatio?
- 2 Quid sit presumpcio, & quid operetur?
- 3 Quid sit plena, & legitima probatio?
- 4 Si confessio sit facta in iudicio sine aliquo iuramento, an valeat ad condemnandum?
- 5 An in causis criminalibus reus teneatur iurare de calumnia super articulo de veritate dicenda?
- 6 Confessio sola rei cum maxima iudicis persuasione, an valeat ad condemnationem?
- 7 Si reus fugiat ad Ecclesiam, & iudex ei securitatem promissit, ut ipse exeret, an possit condemnare reum, si cum illa securitate ab Ecclesia illa exierit?
- 8 An ex confessione delinquentis facta in processu nullo possit reus condemnari?
- 9 Probatio per testes sufficit ad condemnationem.
- 10 An testes qui deponunt debeant reddere rationem si sunt interrogati?
- 11 An iudex possit testes interrogare de aliquibus qualitatibus, & circumstantiis delicti?
- 12 Testes singulares quando faciunt plenam probationem?
- 13 An possit mulier esse testis in criminalibus?
- 14 An inimicus repellatur à testimonio?
- 15 Accusantes, vel descendentes accusatoris repelluntur à testimonio, & alij repelluntur, qui sub isto numero videntur.
- 16 Socius criminis, an repellatur à testimonio, & quando possit admitti?
- 17 An reus possit interrogari de factis?
- 18 Si reus constetur de facto an ejus dictum, vel testimonium probet, tanquam si esset legitimus testis?
- 19 An pauper repellatur à testimonio?
- 20 Si testes inhabiles deponant, an faciant aliquod indicium?
- 21 Si testis unus inhabilis resistet, alter verò testis est fide dignus, & approbatus, conjuncti an faciunt probationem?
- 22 Si testes inhabiles de facto procedunt, & admittuntur, an possint per iuramentum ex officio repelli parte non opponente?
- 23 An testes inhabiles, & minus idonei possunt admitti ad probandam innocentiam delinquentis?
- 24 An testes qui sunt idonei compellantur invitè dicere testimonium?
- 25 An ex presumptionibus, vel indicis possit reus condemnari?
- 26 Si contra reum sit unus testis fide dignus, & similiter indicium, vel semiplena probatio, an ex hoc censatur probatum delictum?

Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. III.

Item principaliter quero, qualiter probetur delictum? In quo articulo magistraliter, & resolutivè dico, quòd aliud quidem est informatio, aliud autem indicium, seu presumpcio, aliud est semiplena probatio, aliud plena, & legitima probatio. Informatio est simplex dictio, sive assertio alicujus sine iuramento, & sine aliqua forma iudicii, per quod movetur iudex, saltem ad inquirendum licet, & justè de delicto: ista est Glossa singularis & unica in cap. 1. §. si dux de pace tenenda, & ejus violentioribus, in *usibus feudorum*, & ad hoc reparat ibi singulariter Bartol. n. col. in medio, & notant & commendant ceteri Doctores & illam Glossam ad hoc reputat singularem, & unicam Lud. Rom. in *1. si quis in pravis*, §. 1. *ff. ad Syllan. tenet* etiam Bald. licet non alleget illam Glossam in rubr. de *controversia in possessione*, in *usibus* idem Bald. in l. *admoneri* di. ff. de *re iur.* 4. col. Confirmatur ex sententia & doctrina Innoc. in *c. in tua*, in *fin. de sponsalibus*: ubi dicit, quòd potest iudex se informare de fama sine ordine iudiciario, & ibi sequitur Abb. 1. col. 4. notant & commendant alij Doctores præcipue Prapost. col. in d. quòd magis est, talis informatio potest sumi à testibus, & personis inhabilibus, secundum Bald. in l. *qui testamentis*, c. 5. p. *contrarium*, ff. de *testam.* post Glossam ibi, quam reputat singularem.

Aliud est indicium seu presumpcio, & est rationabilis vel verisimilis conjectura facti, vel delicti, & quadam animi applicatio ex aliquibus circumstantiis ad aliquid credendum. Ita probat quid, textus capitalis, & expressus in l. 3. §. 1. ff. de *testib.* Cujus verba sunt: *Hæc ergo solum rescribere possum summariis, non utique ad unam probationem forem opinionem statim allegari debere, sed ex sententia animi tui te asserere oportere, quid aut cui credat, aut parum probatum tibi opineris, textus in l. ob carmen, §. fin. eod. tit. textus in l. 1. §. ad tormentum ff. de *quæst.* textus in *leg. de minor.* §. tormenta, eod. tit. textus in l. ex liberio, §. de *minor.* eod. tit. textus in *lanius*, §. reus, eod. tit. textus in l. *fin. eod. tit.* textus in l. 3. C. de *quæst.* ibi, si *præstata fuerint ex tanto scelere argumenta, ut videantur accedere ad verisimilitudinem causæ criminis, textus in l. mulier, eod. tit. ibi, sed argumentis primum verisimilitudinis probabilibusque uti. Et si hiis veluti certis indicis ducti, investiganda veritas gratis ad tormenta putaverim esse venientis, &c.* textus in l. non verisimile, ff. *quid metus causa*, textus in *liquore*, §. fin. ff. de *edil. edil.* textus in c. *prevetea de testib.* Cujus verba sunt: *Evenim circumspexit iudex atque discretus motus animi sui ex argumentis & testimoniis, qua rei apud ra esse competerit, conformabit; textus in cap. quia verisimile de *presumpt.* cum similibus, & utrobique communiter Doctores.**

Advertendum tamen, quòd indicium minus est quàm semiplena probatio, & minorem habet effectum, sed bene sufficit ad torturam Glossa, est singularis & unica in *reum probatio*, ff. de *prob.* & ad hoc notat & commendat ibi Bald. dicens eam meliorem de *jure*, Salyc. Fulgof. & Jacob. de Sanct. Georg. Bald. in l. non est verisimile, ff. *quid metus causa*, l. *le. n. 5.* & illam reputat singularem Paul. de Castro in l. 1. ff. *ex nexal. casu*, agat. col. 2. n. 4. & ibi Alex. & alij Doctor Angel. in l. 2. C. de *quæst.* Ex quo singulariter infero quòd

Indicium minus est quàm semiplena probatio.

A a iij

in causis criminalibus si concurrat indicium, & unus testis de visu non resultat plena & perfecta probatio ad condemnandum, & in terminis ita tenet Glossa singularis, & ordinaria in e. veniens, et l. de testibus, quam ibi ad hoc reputat singularem Imol. Abbas, & communiter alii Doctores. Idem Imol. in *l. i. de iur. iud. ff. de acquir. poss. ff. de quo articulo adhuc latius infra suo loco dicam; aliud est semiplena probatio, & breviter & resolutivè dico, quod est quando unus testis hinc dignus, & omni exceptione major deponit de ipso facto & delicto per visum, vel alium sensum corpoream, taliter quod concludat, quia si duo testes faciunt plenam probationem, ut in *l. ubi numerus, ff. de testibus*, & in *l. Tor. pomposi ff. de dote prelegata, & in l. i. §. ff. ff. quem ad. testam. aper. & in e. in omni negotio, de testibus, & in cap. ex infirma, de proce. & in c. fin. de su. c. l. ab iust. ergo unus testis facit semiplenam probationem, & isto fundamento & ratione, ita tenet Glossa ordinaria in *l. admonendi ff. de iur. iud. in gloss. penult.* & ibi magistratraliter Bart. 6. el. n. 36. & communiter Doctores, precipue *jal. de iur. n. 146.* tenet etiam Glossa ordinaria in *l. bona fidei, C. de reb. credit. in gloss. fin.* & ibi Bald & communiter Doctores, & quid de minore vide omnino supra c. 1. n. 56.**

Aliud est plena & legitima probatio, & omnis aliis diffinitionibus dico, quod est perfecta cognitio facti, vel delicti per modos à jure diffinitos, & principaliter fit per confessionem partis, vel per testes legitimos: per confessionem partis fit probatio, quando reus accusatus, vel inquisitus sponte confitetur delictum in iudicio, textus est in *l. si confessus, ff. de custod. reor. textus in l. proinde de la. 2. §. fin. ad legem Aquil. text. in l. 1. §. si quis ultro ff. de questione, textus in *l. servos, C. ad legem Jul. de vi, textus in l. qui sententiam, C. de penis;* textus in *l. si quis in hoc genus, C. de Episc. & Cler. textus in c. 2. §. 2. Cujus verba sunt: Nos in quentiam sententiam ferre non possumus, nisi aut in convictum aut sponte confessum; textus in c. multi, in *revisio. nobis; ea caus. & quast.* textus in cap. ut si clerici, de iudic. & utrobique communiter Doctores, & idem disponit *lex 2. tit. 13. 3. part. & lex 13. tit. 1. 7. part.* & in tantum hoc est verum, ut procedat & habeat locum, etiam si sit unica confessio sola spontanea in iudicio, quia illa sufficit ad condemnationem sine ratificatione, vel aliqua alia confirmatione. Ita probant prædicta jura, & in expresse ita tenet Bartol. in *l. 1. si, c. l. & quastione, ff. de custod. reor.* & ibi Alberic. Angel. & alii Doctores. Azo in *summa, C. de confessi, 2. c. l. in fin. n. 6.* Bald. in *luna, ff. de iud. tituli, 6. col. n. 23.* & ibi Paul. 3. col. n. 9. & communiter alii Doctores, Cyn. Alberic. Bald. Angel. Salyc. & communiter Doctores. in *l. 1. C. de custod. reor.* Angel. in *l. 1. ff. de confessi, 2. col. n. 6.* Bald. in *l. si quis i hoc genus, C. de Episc. & Cleric. 2. col. n. 4.* Archid. in cap. nos in quentiam, 2. quest. 1. n. 1. Gandinus in *tract. malefic. fol. 20. 1. col.* idem Gandinus fol. 22. Angel. de Aretin. in *tract. malefic. in parte summa publica precedente, vers. postquam aliquis,* & ibi ejus additionator, Faber in *tract. de quast. 4. col.* Nec obstat textus in *l. secunda, C. de custod. reor.* ubi probatur quod postquam de delicto constituitur, debet reus iterum reduci apud acta, vel audiatur, & exponit ibi Glossa quod ille textus intelligitur in reo, qui confessus est delictum in iudicio, cui confessioni non est standum, nisi iterum doctus apud acta, constituitur, & sic perseveret in confessione prima, & per consequens pro-**

Indicium de uno testis de visu non facit plenam probationem. Semiplena probatio quid.

Plena probatio.

bet, quod unica confessio sola non sufficit ad condemnationem, sed requiruntur geminata, vel ratificata, & perseverantia in prima confessione, & per illum textum idem tenet Glossa ordinaria in *l. 1. ff. de custod. reor.* Glossa etiam in *luna, C. de confessi; in gloss. magni; in m. d. n.* quia ille textus potest intelligi, quando confessio fuit facta in tormentis, quia tunc requiritur perseverantia: & iste est sensus Glossæ ibi secundum notas quas allegat: sed iste intellectus non placet quia textus simpliciter loquitur, & non colligitur ex eo, quod fuerit facta in tormentis. Unde aliter & secundum potest intelligi, quod etiam consistit de crimine per confessionem, vel probationem, non condemnatur reus, donec prius constet & verificetur delictum esse commissum, argumento textus in *l. 1. §. item illud, ff. de iud. in l. 1. §. si quis ultro, ff. de quast.* Sed etiam iste intellectus non placet, quia divinat. In versic. unde aliter & 3. adde quod contra hoc videtur, quod nulla sit specialitas vel singularitas in isto casu, quia regulariter post probationem & publicationem testium imò post sententiam statim potest reus probare suam defensionem, quia dico & respondeo; quod textus bis allegatus in dicta *l. secunda, ff. de custod. reor.* habet locum & procedit etiam si non petatur à parte, quia iudex ex officio tenetur assignare terminum ad suam defensionem, etiam post confessionem, sed post probationem & publicationem testium, vel sententiam, requiritur partis petitio vel evidentia facti. * Unde aliter & tertio, & quidem notabiliter dico, quod ille textus debet intelligi, quod reus sponte confessus non debet statim condemnari, sed debet ei per iudicem dari terminus ad opponendam aliquam exceptionem, si habet, reducendo, & detinendo eum interim in carcere, quia forte fecit ad sui defensionem, vel tempore quo erat minor, vel quia delictum lapsu temporis erat præscriptum, & in terminis ita tenet, & declarat ibi Salycet. 3. col. & ante eum Odofred. Alberic. in *luna, §. conrogator ff. de quast. 2. col.* Bald. licet non alleget illum textum in *l. 2. C. de iura certum tempus quast. crim. termin. 1. d. n. 1.* idem Bald. in cap. quoniam in contra falsam, *Cod. de probat. pen. col. n. 63.* Gandinus in *tract. malefic. in questione quid sit agendum, quando reus est valens; fol. 20. 1. col.* Paris de Puteo in *tract. hodie car. in parte, an potestas, fol. 23.* idem Paris de Puteo in eodem *tract. malefic. 298. vers. nec videndum,* Angel. de Aretin. in *tract. malefic. in parte, qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem fact. n. d. n. 1. col.* quibus assensio & ita communiter practicatur, quod est valde notabile.

Ita extendo superiorem doctrinam, & conclusionem, ut procedat & habeat locum etiam talis confessio fit facta in iudicio sine aliquo iuramento, & adhuc sine aliqua iudicis interrogazione. Ita probant prædicta jura, & magis in specie probat textus in *l. si sine ff. de interrog. actio.* Cujus verba sunt: Si sine interrogazione quis responderit se habere eadem, pro interrogato habetur; & licet loquatur in civilibus, tamen ejus ratio & dispositio militat etiam in criminalibus. Confirmatur, quia ea qua quis assertit in libello, videtur constituta in civilibus quam etiam in criminalibus, textus est in *l. cum precum. Cod. de liber. car. constit. textus in l. 1. Cod. de insti. & substit. textus in l. 1. præd. C. de præd. minor. textus in *l. mercalem, C. de condit. ob rurs. caus. textus in l. 1. C. de liber. car. textus in l. 1. C. de crimine stellion. & utrobique communiter Doctores, & idem est in his**

Confessio ne facta non debet statim reus condemnari.

Amplia.

Quod quis assertit in libello videtur constituta in civilibus.

que quis ponit & asserit in positionibus, per prædicta jura, non verò in contentis in interrogatorio; nisi illud etiam ponat pro positionibus, & in terminis ita tenet singulariter Bald. in *leg. fecit, Cod. de repud. hered. fin.* & ibi alii Doctores. Bartol. in *l. ubi nunque ff. de interrog. actio, 5. col. num. 11.* idem Bartol. in *l. 2. §. quod observari, C. de juram. calum. 3. col.* Paulus de Castro in *authent. ibi postea.* Abbas in *cap. fin. de confessi, 5. col. n. 5.* Anchar. Domin. & alii Doctores, post Glossam ibi in cap. 1. de confessi, in *sexio,* de quo articulo vide Paul. de Castro qui bene loquitur, in *leg. iudices, Cod. de iudicis, fin. col.* Sed illa assertio vel confessio non est jurata, & tamen valet & tenet, & probat, ergo confessio etiam sine iuramento valet.

Pulchrum tamen & quotidianum dubium est, an in causis criminalibus reus accusatus, vel inquisitus teneatur jurare de calumnia super articulo de veritate dicenda, & respondere positionibus, ad instantiam partis, & sic accusatoris, vel ex officio iudicis; & breviter & resolutivè dicendum est, quod sic.

Primo, quia generaliter in omnibus causis requiritur, & habet locum iuramentum de calumnia, quod comprehendit duo substantialia: primum est, quod actor vel reus jurat se fovere iustam causam; secundum est, quod interrogatus in qualibet parte litis, dicet veritatem; textus est in *l. prima & secunda, extra omnibus §. cum, C. de juramento calumnia, textus in authentica in isto iuramento eodem titulo, textus in cap. ubi primo & secundo, & per totum de iur. an. calum. textus in cap. 2. §. finali, & per totum de eodem titulo, lib. 6. sexto, textus in cap. primo de consuet. lib. 6. textus in cap. presentium, de testibus lib. 6. textus in clement. sape, versic. citat. de verborum signific. & idem disponit *lex 13. tit. 11. vers. 3. part. & lex 11. in legibus de Madrid* Sed illa jura loquuntur generaliter, ergo habeant locum, & procedant tam in causa criminali quam civili. Secundo facit textus in *l. Marcellus, §. 1. ff. verum amorem, ubi habetur, quod in illa actione descendente de delicto cogitur quis jurare. Tertio etiam facit textus in *leg. lex Corn. §. de lege, ff. de iniuriis;* ubi disponitur, quod in delicto iniuriarum, habet locum dilatio iuramenti. Quarto facit textus in *leg. tertio, versic. loquuntur, ff. de iure iurando, ubi habetur, quod in qualibet causa, vel actione etiam penali, cogitur quis jurare. Quinto facit textus in *l. qui petitorio, ff. de rei vindicatione,* ubi reus conventus rei vindicatione cogitur respondere, an dolo desit possidere, vel non Sexto facit textus in *leg. final. Cod. de fid. institutorum,* ubi habetur quod semper causa salutaris cogitur quis jurare, & respondere.***

Septimo facit textus in *leg. prima, & per totum, ff. de questionibus,* ubi disponitur, quod per tormenta cogitur quis respondere de veritate super facto proprio, & quolibet delicto, ergo a fortiori teneatur respondere interrogatus cum iuramento. Octavo facit textus in *leg. ubi nunque, ff. de interrog. actio, ubi disponitur, quod indistinctè in qualibet causa potest iudex cogere partem respondere de veritate, super facto proprio; & in expresse licet non ita fundet istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in *dist. leg. M. velleus, §. ff. verum amorem,* & ibi Alberic. Angel. de Perus. & communiter alii Doctores, idem Bartol. in *leg. inter omnes, §. velle, ff. de iuris in fine,* idem Bartol. in *leg. 2. §. quod observari, Cod. de iur. calum. final. & col. quastione, & ibi Odofred. a. col. 5. quastione,**

Alberic. 9. col. in *medi.* Glossa ordinaria in *l. 1. ejusdem tituli in gloss. 2. & ibi Petrus, Cynus, Jacobus, Baldus & communiter Doctores, Glossa etiam ordinaria in capitulo primo de juramento calumnia, & ibi communiter Canoniste, Innocentius in cap. secundo de testibus, 1. col. ibi Joan. Andr. Hostiensis, Abbas, & communiter alii Doctores, Dominicus, Anchar & alii Doctores in cap. 2. de confessi, libro sexto. Angel. de Aretin. in *tract. malefic. in parte, comparatum delicti inquisiti, & negaverunt, 1. col.* & ibi ejus additionator. Contrarium tamen probat textus in cap. quis aliquando, versic. non tibi dico, de pan. v. i. i. i. 1. & in cap. si peccaverit, 2. quast. 1. ubi habetur, quod non tenetur quis se prodere, & delictum proprium manifestare, textus in *leg. 1. ff. de bonis eorum qui ante sententiam sibi conf. & in leg. qui cum major, §. si parvis, 3. ff. de bonis lib. & in leg. transigere, Cod. de transact. ubi disponitur, quod qualitercunque licitum est univocis redimere sanguinem suum; probat etiam textus singularis noviter per me solum ponderatus in *leg. 4. ff. de testibus;* ubi habetur, quod consanguineus infra certum gradum, de quo ibi, non cogitur dicere testimonium adversus consanguineum, ergo à fortiori ipse reus delinquens accusatus, vel inquisitus non debet cogi dicere contra se: & certè videtur convincibile fundamentum carens responsione, & in terminis ita tenet Compolltelanus in cap. dudum, el. 2. de electi n. 3. 4. col. in fin. Baldus in *leg. 2. §. quod abse vari, Cod. de juram. calum. penult. col. n. 18.* Baldus in *leg. 1. Cod. de poena iudic. qui male iudic. 2. col.* vers. scias tamen Hippolitus de Marsil. in sua *practica, §. postquam, 1. col.* ubi dicit, quod ita practicabit domus esse iudex. Nec obstat textus primo loco adductus in *leg. 1. & 2. Cod. de juram. calum. cum similibus,* quia debet intelligi in iuramento de calumnia requisito pro forma, & solemnitate iudicii respectu primi articuli, scilicet quod iuret se fovere iustam causam, & dolum, vel calumniam in lite, non committere, non verò ut teneatur respondere de veritate dicenda. Secundò non obstat etiam textus in *leg. Marcellus, §. 1. ff. verum amorem, & in leg. lex Cornelia, §. hoc lege, ff. de iniuriis, cum similibus,* quia loquuntur, & debent intelligi in iuramento necessario quod deferretur à parte parti, & imponit finem liti & causæ, secus verò est in iuramento de calumnia, de veritate dicenda. Sed his non obstantibus, ego teneo indistinctè primam sententiam & conclusionem, imò quod ex officio iudicis, & ad partem petitionem reus accusatus teneatur jurare, & respondere de veritate super facto, & delicto proprio, de quo acculatur per iura primo loco adducta, & in expresse ita probat *lex 4. tit. 29. part. que disponit, quod iudex potest cogere reum captum jurare, & respondere in causa criminali, & idem probat lex 3. tit. 1. 3. part. & in l. 1. in leg. de Madrid.* Nec obstat textus in *cap. quis aliquando, versic. non tibi dico, ut se prodas, de pan. dist. 1. cum similibus,* quia intelligitur extra iudicium, vel etiam in iudicio nulla præcedente diffamazione, vel iusta causa, ut in nostro casu secundum Doctores in prædictis locis. Ex quo singulariter infero, quod cum licet, & iuste petatur à reo tale iuramentum, tenetur in foro conscientie dicere veritatem, licet ex hoc incurrat poenam mortis, aliàs peccat mortaliter, & in terminis ita tenet S. Thom. veritate secunda secunda, quast. 69. art. 1. Ex quo sub-**

Contra prædicta.

Reus in foro conscientie tenetur jurare de veritate dicenda.

Confilium
notabile.

6
Confessio
facta judi-
cis per sua
fione non
condemnat
reum.

7
Inimico
hosti, de
linquenti,
an sit fides
servanda.

in foro, quod à fortiori non poterit advocatus
eum consulere, negare veritatem, unde ab hoc
sen per præcavendum est, & ita semper feci
consuloi & practicavi in personis pauperum,
quorum advocatus fui. Unum tamen est, si mitti
daretur facultas, vel autoritas, consulere
Imperatori Regi nostro, ut publicam, & com-
munem legem conderet, quod in causis crimi-
nalibus ingentibus pecnam sanguinis, non pos-
set judex petere à reo tale juramentum propter
evidentem occasionem perjurii, argumento text.
in c. Clericos, de cohabit. Cleric. & mulier. ubi
habetur, quod non est recipiendum juramen-
tum ab eo in quo datur talis præsumptio perjurii,
& periculum conscientie, ut quotidi edocet expe-
rientia.

Advertendum tamen pro complemento mate-
riae, quod licet unica sola confessio ipsius rei
delinquentis sufficiat ad condemnationem, ut
supra dictum est, tamen debet intelligi, præter-
quam si fiat cum maxima judicis persuasione, &
promissione veniæ, & liberationis, ut quia dixit
sibi, confitearis, & noli timere, quia nullam pec-
nam tibi imponam, imò statim eris liberatus, quia
talis confessio est nulla, & pretextu ejus reus
delinquens nullo modo potest condemnari, quia
dolo & fraude judicis fuit inducenda, & quadam
spe probabili suæ liberationis, & sic non videtur
libera, nec spontanea, ut ex ea possit condemna-
ri, quia paria sunt, confessionem esse factam dolo,
vel esse factam metu, argumento textus in l. 1. &
per totum ff. de dolo, & in l. prima & per totum, ff.
quod metus causa, textus in cap. cum contingat, in
fin. de iurejurando: ibi, hujusmodi juramenta sine
vi & dolo sponte præstata, textus in authent. sacra-
menta puerorum, Cod. si ad verum vendit, & in l. si quis
cum aliter, ff. de verb. oblig. textus in cap. sana &
juncta Glossa de venime, & in expresse isto funda-
mento, & ratione istam sententiam, & conclu-
sionem tenet originaliter Joan. de Imol. in conf.
suis, conf. 109. tenet etiam & commendat in
pract. Paris de Pateo in tractat. syndicatorum fol. 199.
in parte, sequitur questio, illud & dictum Imolæ
reputat unicum, & mirabile Hippolytus de Mar-
fil. in l. 1. §. questionem idem, ff. de quest. 2. col.
n. 12. idem Hippol. in sua practica, §. postquam,
3. columna, n. 15.

Ex quibus etiam inferitur quod si quis post
delictum commissum fugit ad Ecclesiam, & judex
dedit ei confidentiam, & securitatem, ut extret,
& coram eo se præsentet, an per judicem debet
servari, an verò possit condemnari, & pena mor-
tis, vel ordinaria puniri, & videtur quod sic.
Primò, quia inimico, hosti, vel delinquenti,
fides non est servanda, imò est bonus dolus eos
decipere, textus in l. 1. §. non fuit, ff. de dolo.
Secundò, & in expresse probat textus in authent.
de mandatis principum, §. nec homicidii, collat. 3.
ubi formaliter dicit textus, quod securitas, vel
fidentia, quam ei dederit judex, nullo modo est
servanda. Sed his non obstantibus contrarium
videtur de jure verum, imò, quod teneatur servare
& remittere ad Ecclesiam, Primò, quia fides,
& promissio semper, & in quolibet actu, &
negotio est servanda etiam inimicis præstata quia
implementum ejus descendit à jure naturali, &
divino, ut in l. convenienciam, ff. de pactis, & ibi
communiter Doctores. Sed in hoc articulo ista
est vera & notabilis concordia, quod si delictum
erat tale per quod non debet trahi de Ecclesia, tunc
fides, & securitas ei data est servanda, & debet

restitui Ecclesie; si verò delictum erat tale per
quod licet poterat extrahi de Ecclesia, fides &
securitas non est servanda, sed licet potest puni-
ri, & in expresse ita tenet & concordat Albericus
in dist. l. 1. §. non fuit, ff. de dolo: & refert, &
allegat Oldradus, Jacobus de Arim ita tenuisse,
& idem etiam tenet Petrus de Bellapert. Cynus,
& alii Doctores antiqui, in l. præsentis, Cod. de bis
qui ad Eccles. confugiunt.

Item adde, quod in tantum est verum, quod
ex unica sola confessione delinquentis potest ipse
reus delinquens condemnari, ut procedat, &
habeat locum, etiam si talis confessio fiat, &
contineatur in processu nullo & invalido de
jure, quia forte accusator est inhabilis, vel libel-
lus est ineptus, vel deficit aliqua solemnitas, &
ordo judiciarius, argumento textus in l. si con-
fessus, ff. de custod. reor. cum finibus, quibus probatur,
quod confessus statim debet condemnari; ergo bene sequitur, & inferitur, quod nulla alia
solemnitas, vel forma processus attenditur, vel
requiritur, textus in l. proinde la secundam, §. final.
ff. ad legem Aquilianam, ubi habetur, quod in con-
fessionem nullæ sunt partes judicis, textus in cap. 1.
de accusat. lib. 6. ubi habetur, quod ponitur
quis ex confessione propria, licet ante diffamatus
non fuerit, vel alia solemnitas juris deficiat in
inquisitione formanda, textus in c. Pisanis, de
restitutione spoliatorum, ubi confessio etiam in
processu nullo valet, & tenet. Et in expresse
istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in
d. l. si confessus, ff. de custod. reor. & ibi Angel
de Perus. & alii Doctores, Innocent. in c. p. qualiter,
& quando, de accusat. 3. co. um. num. 7. & ibi
Abb. 4. colum. num. 20. & communiter Doctores,
idem Abbas in dist. cap. Pisanis de restitu-
tione spoliatorum, 3. colum. num. 9. & ibi alii Doctores,
Bald. in l. 1. ff. de juris. om. judic. prima
vult. fin. colum. 8. quest. idem Bald. in l. 2. Cod.
de re judic. fin. colum. num. 9. idem Bald. in l. 1.
ff. de confessis; penultima colum. num. 97. Angel.
de Perus. in l. 1. ff. de confessis, 1. colum. num. 6.
idem Angel. in l. denunciat ff. de adulter. 2. colum.
num. 5. Salyc. in l. 2. C. de custod. reor. fin. colum.
penult. quest. Paulus de Castro in l. fin. si in spi-
ritu, §. Christus, ff. de verb. oblig. 1. colum.
num. 4. Florian. in l. proinde la 2. §. final. ff. ad leg.
Aquilianam; Angel. de Aretin. in tract. malefic. in
parte, comparaverunt alicui inquisiti, & consenserunt
totum, 3. colum. vers. quare an confessus. Et ista
est communis opinio Legistarum, & Canonista-
rum: nec obstat textus valde notabilis in cap. de
Cleric. de iudicis, ubi habetur quod confessio
facta coram iudice incompetente, est ipso jure
nulla, & ex ea nullo modo potest sequi con-
demnatio, quia debet intelligi quando nullitas
constitit ex defectu jurisdictionis, secus verò si
constat ex defectu alterius solemnitatis, &
ita colligitur ex mente omnium Doctorum, ubi
supra, & in terminis ita tenet & declarat Florianus
in dista lege proinde, la secunda, §. si. ff.
ad legem Aquilianam, Felinus in capitulo, quæritur,
& quando, cap. licet, de accusat. secunda colum. n. 9.
post Anton. quem ipse allegat. In cuius confir-
mationem facit Glossa singularis & unica in cle-
mentina prima, de sequestra. possess. & fruct. in gloss.
finali, ubi dicit, quod licet in aliquo casu,
vel negotio lex vel statutum excludat nullitates,
non tamen videtur excludere nullitatem pro-
venientem ex defectu jurisdictionis, per funda-
menta & rationes ejus, & ad hoc reputat ibi
singul.

8
Confessio
facta in
Processu
nullo & in-
valido.

9
Probatio
per testes.

d

e

Duo testes
sufficiunt
in actibus
gravissi-
mis.

singulariter Imol. penultima columa, & reputat
unicam Cardin. ibi, 1. col. versul. fin. & notant
& commendat ceteri Doctores; notant etiam
& commendat Abbas in cap. iterum cum quis, 3.
de restitutione spoliatorum, 5. columna, num. 6.
Baldus in l. si quis filio exheredato, §. quod si quis,
ff. de injus. rupto, in fin. idem Baldus in l. divas,
ff. de milit. testament. prima columna, ubi bene
fundat.

Secundo modo, & principaliter probatio delicti
fit per testes legitimos fide dignos & omni
exceptione majores, & sufficienti duo, sicut in
civilibus, argumento textus in l. ubi numerus,
ff. de testibus, & probat. textus in l. unica, in fin.
Cod. de reprob. virgin. ubi post legitimas & juri cog-
nitas probationes, textus in l. servas, Cod. ad legem
Julianam de vi, Confirmatur etiam auctoritate
divina. In ore duorum, vel trium stat omne ver-
bum, transumptive in cap. licet universis, de testi-
bus, probat etiam textus ibi, cum testes, de testam.
textus in cap. relatum, el. 1. co. titul. & istud est de
mente omnium Doctorum in dictis locis, & in
expresse ita tenet Bonifacius in tractat. malefic.
in rubrica de probatione, 3. colum. in fin. Bald. in
l. fin. Cod. de probat. 2. col. in fin. n. 8. & licet d. in
delictis requirantur liquidissimæ probationes,
& luce clariores, ut in l. singuli, Cod. de accusa-
tionibus, & in l. fin. Cod. de probationibus, tamen
bene sufficienti duo testes in quantumque gra-
vissimo delicto, unum tamen est, quod si delictum
probetur per unum solum testem fide dignum,
non habet locum juramentum in defectum pro-
bationis sicut in civilibus, secundum Doctores
communiter contra Glossam in l. in bona fidei,
Cod. de rebus cred. & in l. 3. ff. de iurejurando, &
tenet & magistratraliter Bartol. in l. maritus, ff. de
quest. fin. questione, & ibi alii Doctores, Confir-
matur etiam, quia in actibus gravissimi præju-
dicii sufficienti duo testes, ita probat textus in
cap. quoniam, de reprobis; quem ad hoc notat &
commendat ibi Abbas, & Communiter Doctores:
imò, quod magis, duo testes sufficienti contra
Parlam. vel Imperatorem, Glossa est singularis
& unica in c. presul. 2. quest. 5. quam reputat
singularem Abbas in d. c. quoniam, de reprobis, idem
Abbas, in cap. nisi Cleric. de iudic. & ibi alii
Doctores; unum tamen est, quod licet in quo-
cunque delicto etiam gravissimo sufficiant duo
testes, tamen ad hoc, ut eorum depositio pro-
bet, & concludat, oportet quod reddant con-
gruam rationem dicti sui, per visum vel alium
sensum corporeum quo actus super quo depo-
nunt, percipiunt, ita probat textus in l. solam,
Cod. de testibus, & ibi Glossa ordinaria & com-
muniter Doctores, textus in authent. de testibus,
§. & licet; collat. 7. textus in cap. si testes, §. solam
4. quest. 3. & utrobique communiter Doctores:
sensu tamen visus est generalis, unde si testes
deponant per sensum visus, super re, vel facto
perceptibili alio sensu, valet & concludit, ita
probat textus in c. testes, 3. quest. 9. & ibi Glossa
ordinaria & communiter Doctores, & per illum
textum ita tenet Abbas & communiter Cano-
nista; præcipue Felin. in cap. cum causam, de testi-
bus, Roman. in l. sciendum, de verb. obligat. idem
Roman. in l. admonendi, ff. de iurejur. 17. colum.
n. 96. Florian. in l. ob curmen, §. si testes, ff. de
testibus, Cynus & alii Doctores in l. testium, C. de
testibus, Bald. in l. penultima, ff. de probat. idem
Bald. in l. solam, C. de testibus; & ibi Salyc. &
communiter alii Doctores.

Quod tamen intellige, quando testes sunt
interrogati de causa, quia tunc tenetur eam red-
dere, secus verò aliis, ita tenet Glossa ordinaria
in d. l. solam, C. de testibus; & ibi Bart. Bald. &
communiter Doctores, Glossa in d. c. si testes §.
solam, 4. quest. 3. & ibi Archid. & communiter,
alii Doctores. Glossa in c. cum causam, de testibus,
& ibi Innocent. Abbas, Antonius, Card. Anchar.
& communiter Doctores, Specul. in titul. de testi-
bus, §. 1. versul. item quod interrogatus, n. 62. & ibi
Joan. Andr. in addit. & ista est denique com-
munis opinio in dictis locis: quod iterum sub-
intellige, quando deponunt super eo, quod
eadit super aliquo sensu corporeo, secus verò,
si deponant super eo, quod cadit sub iudicio
intellectus, ut dominium, possessio, jurisdic-
tio, vel quid simile, quia tunc tenentur reddere ratio-
nem: etiam non interrogari per causas facti, &
qualitates, ex quibus illud inferatur, quia illud
non est obiectum sensus, sed intellectus: &
idem est, quando deponunt super qualitate per-
sonæ, ut nobilitate, gradu, dignitate, vel alia
qualibet qualitate, ita singulariter & magistrat-
raliter declarat Innocent. in d. c. cum causam, de testi-
bus, 2. col. de testibus, & ibi Abb. Card. Anchar.
& communiter Doctores, Bartol. in l. 1. ff. si cert.
petat. 4. col. 17. & ibi Mòdeni, idem Bartol.
in l. solam, C. de testibus, & ibi pulchre, & sub-
tiliter Bald. & communiter alii Doctores, idem
Bartol. in authent. de testibus, §. & licet, collat. 7.
Paulus de Castro in l. qui testamento, §. fin. de
testam. & ibi communiter alii Doctores. Unum
tamen est, quod si testis non fuit interrogatus
de causa, nec reddit eam, poterit pars eum ite-
rum producere, etiam publicatis attestacioni-
bus, argumento textus in c. per tuas, de testibus,
& in c. cum clamor, cod. titul. & in expresse ita
tenet Cardin. in dist. cap. cum causam, ubi repu-
tat dignum memorie, & ab alio non tactum,
& ibi sequitur Felin. 9. col. n. 8. Imol. ubi bene
declarat in dist. cap. per tuas, de testibus, 2. colum. Textes de-
ben circ-
comitatis
dicere qui-
necessario
deponere, quòd in illo tempore erat bas probe
lona, vel quòd ibi erat lucerna, quia potuerunt se crimen
vidisse es-
mitti.

10
Limita.

in l. Nam, Cod. de testibus, 2. colum. 5. quast. Jal. notabiliter, & melius quam alibi, in rubric. ff. de jur. jur. Abb. ubi esse diligenter notandum in cap. quoniam, de testibus, 3. col. n. 6. ibi communiter Canonistae.

Item adde, quod etiam oportet, & requiritur, quod tales testes sint contestes in actu vel delicto super quo deponunt, concordando in tempore, loco, & persona: aliis vero, si sunt singulares, non plene probant, textus est in l. denunciaste, 3. §. qui tamen, ff. de adulter. textus in l. qui se sententiam, Cod. de penis, textus in cap. 16. et casum, vers. quicumque, de probat. textus in cap. bona memoria, et primo, vers. fiscal, contra vero, de electione, textus in cap. cum dilecti, vers. fiscal & si tres, eodem tit. & utrobique communiter Doctores. Cujus ratio est, quia tali causa non est legitimus numerus testium, sed in effectu tantum est probatio per unum testimonium, ita Bald. in leg. jur. iura d. C. de testibus, 3. col. Felin. in cap. deest ex quidam, de testibus, 3. col. n. 1. quem omnino vide, quia notabiliter, & melius quam alibi loquitur.

11 Et ex hoc necessarium, & utiliter queritur, an possit iudex testes interrogare de aliquibus qualitatibus, vel circumstantiis negotii, vel delicti, ut melius possit cognoscere veritatem, scilicet in quo loco commissum fuit, & quo tempore, an mane, sero, die, vel nocte: Item, qua veste erat induta pars, contra quam, vel pro qua produciuntur, vel quibus armis, vel cujus gratias esset delinquens, vel offensam passus, vel de alia simili qualitate personae: & breviter dico, quod si testes sunt fide digni & probatae opinionis, non debent interrogari, aliis vero si vacillant, vel sunt levis, & ignotae opinionis, bene possunt interrogari, ut iudex in verbis eos capere possit, ut dicitur de Daniele & Sufanna, ut habetur Danielis c. 13. & facit textus in l. 3. §. 1. vers. su magis, ff. de testibus, & in expresso isto fundamento, ita tenet Azo, in summa, C. de testibus, 4. colum. vers. fiscal enim, Olofred. in leg. si quando, eodem tit. 2. col. in fin. Cynus in l. testimonium, penult. & fin. quast. ead. tit. & ibi communiter alii Doct. & effectus est, quia reperta tali veritate praedicti testes non probant, quia si factus est reiterabilis, videntur deponere de diversis actibus & non essent contestes; si vero actus non est reiterabilis, essent contrarii, & non probarent, & istum casum vidi practicari in Cancellaria regia in quibusdam testibus, qui deponbant de certo matrimonio & opulenta hereditate, & tandem omnes capti fuerunt in veritate, & ex officio puniti.

12 Adverendum tamen, quod licet testes singulares non probent, ut supra dixi, tamen debet intelligi, quando simul jungi non possint: secus tamen est, quando diversitas, vel singularitas eo um potest simul jungi, & in idem virtualiter & in effectu reduci, ut si tractetur de probanda praescriptione decennii, & duo testes deponant de primo quinquennio, & alii duo de secundo quinquennio, quia hac depositione simul juncta resultat plena probatio totius decennii continui, & idem esset in qualibet alia praescriptione: ita tenet & declarat Bald. quem sequitur communis opinio in l. testimonium, C. de testibus, 5. col. n. 12. Item etiam intellige, praeterquam si ex conjunctione temporis praesumatur unus solus actus numero, tempore, & qualitate, ut si per unum & idem foramen duo, vel plures testes successively viderent aliquod factum, vel delictum, ita etiam Bald. in dicit, leg.

testium, C. de testibus, fin. col. n. 25. Item etiam intellige, quando tractatur de probano delicto simplici, & particulari quod non conti et in se differentes actus & species, ut homicidium, vel simile delictum: secus tamen est, si agitur de probando aliquo delicto in genere, quod comprehendit sub se differentes species, sive actus particulares ut haeresis, vel simile delictum, quia tunc, si unus testis deponat de uno actu, vel specie, & alius de alio, plene probant delictum in genere, quod resultat ex istis actibus differentibus ita tenet Gloss. singularis in iure in l. actor, C. de prob. gloss. 3. & ad hoc notat & commendat ibi Bald. 2. col. n. 4. Salyc. 1. col. n. 5. & communiter alii Doct. Bald. in l. C. qui numero testiarum, Jacobus in l. testimonium, C. de testibus in fine, & ibi Salyc. Angel. & communiter alii DD. Ang. in l. 2. §. diem, ff. quemad. est aper. Joan. de Imol. in l. inter pares, ff. de re iud. fin. col. Jacob. in l. Ariani, C. de haeresi, facit etiam Gloss. in l. ob cam, §. fin. ff. de testibus in gloss. fin. quam ibi reputat mirabilem Bartol. notat & commendat Bald. & alii DD. Item adde, quod tales testes ad hoc, ut plene probent delictum, debent esse fide digni, & omni exceptione majores, text. est in l. 3. ff. de testibus: text. in l. eos, C. ead. tit. text. in c. 1. eod. tit. text. in c. 1. de consang. & aff. in c. form, vers. fin. de ver. signifi. Cujus verba sunt: Vira se innocens & integer actu, nam si vita bona desuperit, fide carebit: non enim potest iustitia cum scelera & homine habere comitacionem, & utrobique communiter DD. & Testes fide omnes dicuntur fide digni & omni exceptione digni majores, qui nulla exceptione legitima repelli possunt, & lege non repertiur prohibiti, text. est in l. 1. ff. de testibus: & hi quibus non interdicuntur testimonium, nec a lege a dicendo testimonium excusantur, text. in l. eod. tit. text. in c. fin. de probat.

Advertendum tamen est pro maxima declaratione materiae, quod aliqui testes repelluntur in causis criminalibus. Et primo dico, quod repellitur mulier, quia propter fragilitatem sexus, est timor, quod ferat varium, mutabile, vel falsum testimonium, textus est capitalis & expressus in c. form, vers. fin. de ver. signifi. textus in cap. mulierem, 33. q. 5. & utrobique Glossa ordinaria, quod tamen est verum & procedit de iure canonico. Sed dubium necessarium est, an quid erit de iure civili & regio & certe videtur, quod possit esse testis, ita probat textus in l. ex eod. ff. de testibus, ubi disponitur, quod mulier regulariter potest esse testis, in omni causa & negotio, praeterquam si sit condemnata ex publico delicto, textus in l. qui testimonium, §. mulier, & de testamentis: ubi specialiter prohibetur in testimonio, ergo in aliis causis admittitur, & ibi notat & commendat Paul. Angel. Imol. Arcet. & alii Doct. & tenet Spec. in re. de testibus, §. 1. ver. item quod est mulier, & ibi Joan. And. in addit. Pro concordia tamen dici possit, quod in causis capitalibus, quibus venit imponenda poena corporalis, non possit esse testis, in aliis vero sic, argumento text. in d. l. qui testimonium, §. mulier, ff. de testibus, & in terminis istam doctrinam & concordiam ponit ibi Jacob. de Aret. & Platea in §. testes, l. §. de testibus. Bonifac. in tract. malef. in rubr. de furibus & latronibus, col. 5. quast. Hippolyt. in conf. 12. 1. c. l. 1. & hoc videtur confirmare l. 2. tit. 8. l. 2. for. ll. & l. 96 in l. stili, ubi disponitur, quod mulier non possit esse testis nisi in actibus pertinentibus ad mulieres, vel gestis in locis, ubi solent convenire vel flame, vel

Testes qui repelluntur in criminalibus, 1. Malier.

vel fumo. Sed his non obstantibus, vera & communis solutio sit, quod de iure civili indistincte mulier possit esse testis tam in civilibus quam in criminalibus, per prima iura, & fundamenta, & istam dicit communem opinionem Imol. Aret. in d. l. qui testimonium, §. mulier, ff. de testibus, August. de Arimino in addit. ad Angel. de malef. in parte comparuerunt & inquisiti, & negaverunt totum. Abbas Panorm. in cap. quoniam, de testibus, col. n. 2. Et istam teneo pro vera, & ab ea non est recedendum in iudicando & consulendo, pro qua hodie videtur casus in leg. 3. tit. 16. 3. part. quae genericiter vult, quod in omni causa mulier possit esse testis praeterquam in testamento: quod intellige, quando sit honesta & bonae famae secus alia, ita probat text. in l. fina, ff. de testibus, & tenent Arcet. & alii Doct. in l. fina, ff. de testibus, & tenent ff. de testibus, & Alexand. in conf. 1. 1. 1. vol. concl. & probat praedict. l. parti.

Mulier in testamento testis esse non potest.

Minor 20. annorum.

Secundo repellitur minor viginti annorum, text. est formalis & expressus in l. in test. monium, ff. de testibus. Cuius verba sunt: In testimonium, accusator citare non debet, qui in iudicio publico reus erit, aut qui minor viginti annis erit, & ibi Glossa ordinaria, Olofred. Bald. Salyc. Flor. & communiter Doctores: extenditur hodie ad minorem viginti quinque annorum, quia non potest esse in criminibus, ita disponit lex 9. tit. 16. 3. p. bene tamen faceret iudicium, non tamen semiplenam probationem, nec adhuc integrum iudicium ut sufficit ad rorturam ista est glossa ordinaria quae sic debet intelligi in l. invariata, 2. ff. de testibus, & ibi DD. Gloss. in l. in variis, §. de testibus, & ibi DD. Gloss. in l. de his quibus, ut in iudic. & ibi etiam Doct. tenent etiam & declarat singulariter in l. in variis, ff. de quast. & Hippolyt. de Masfil in l. 2. §. dicitur Anton. eod. tit.

14 Tertio repellitur inimicus, text. est in l. 3. ff. de inimicis, testibus, ubi, vel an inimicus sit, adversarius quem testimonium se, & ibi Gloss. ordinaria, Olofred. Baldus. Salycet. Fulgo. Jacob. de Sancto Georg. & communiter alii Doct. text. in l. 1. §. praeterea, ff. de quastionibus, textus in authent. de testibus, §. si vero quis dicat, vlt. 7. textus in authent. si testis productus, Col. de testibus, textus in l. si quis testibus, eod. tit. facit etiam textus in leg. tutor, quodque, §. si tutor, ff. de tutoribus, textus in l. 3. §. fin. ff. de adimen. legat. textus in l. licet, ff. de arbitris, textus in c. repellatur, de accusat. textus in c. cum publ. Mamolenz, eod. tit. textus in cap. in testimonio, eod. tit. textus in c. cum oporteat, eod. tit. & utrobique communiter Doct. & in tantum hoc est verum, ut procedat & habeat locum etiam in crimine laesae maiestatis, vel quocumque alio gravissimo delicto quia licet in eo admittantur testes inhabiles & minus idonei, tamen nunquam admittuntur inimici, quia illa inhabilitas non respicit inimicitiam vel odium personae, contra quam produciuntur, sed aliam causam, vel defectum per quem genericiter repelluntur, sed ista inhabilitas respicit particulariter odium, rancorem, vel inimicitiam accusati, vel inquisiti contra quem fertur testimonium, & resultat verisimilis timor falsitatis, ita probant praedicta iura, & in terminis probat textus in c. per tuas de simulationibus: ubi habetur, quod inimicus repellitur in crimine simulationis: ergo idem est in aliis criminibus gravibus & atrocibus, & ibi tenet Joan. de Anan. & alii Doct. tenent etiam B. rol. in l. in quastionibus, ff. ad legem Juliam Majest. Roman. in l. si vero, de viro, ff. l. l. t. max. in. 1. col. 15. fallentia, Hippolyt. de Masfil. in l. §. praeterea.

ff. de quast. Angel. de Perul. in l. famosi, ff. ad l. Juliam Majest. & idem disponit l. 13. tit. 16. 3. p. Quod etiam extendit, ut procedat & habeat locum, etiam si inimicitia provenierit culpa ejus, contra quem produciuntur: ita probant praedicta iura, in quantum simpliciter & indistincte loquuntur, & in expresso probat Gloss. singularis & unica in simili causa in leg. arbete, §. dat remissionem, ff. de excus. tutor. ubi dicit quod inimicitia superveniens excusat a tutela, modò ab ipso tutore, & ad hoc notat & commendat ibi Alber. & alii Doct. & reputat singularem, & unicam Bald. ibi, tenet etiam Abbas in c. debitus de appellat. 8. colum. num. 32. & ibi Imol. & communiter Doct. Anton. in cap. veniens, et 2. de sponsal. Jacob. de Sancto Georg. in leg. 3. ff. de testibus, Hippolyt. de Masfil. in leg. 1. §. cum quis, ff. de quast. per. col. Confirmatur ex sententia Bart. & communi in leg. qui bona fide, §. si quis iuste, ff. de damn. infel. ubi dicit, quod ille qui timet ab alio offendi, potest petere cautionem de non offendendo, etiam si culpa ejus processit inimicitia, intellige tamen, quod inimicus repellitur a testimonio, quando inimicitia sunt graves, quia praecessit inter eos aliqua injuria realis, vel verbalis, vel lis super causa capitali, vel super causa civili omnium bonorum vel majoris partis secus vero, si inimicitia sint leves, quod tamen relinquuntur arbitrio iudicis, cum certa regula in hoc non possit dari, ita etiam probant praedicta iura, & in expresso ita tenet & declarat in leg. 1. §. fin. ff. de testibus, & ibi communiter Doct. Bartol. in l. 3. §. fin. ff. de adimen. legat. Innocent. in cap. cum oporteat, de accusat. fin. col. & ibi Abb. & communiter Doct. Bald. in authent. si testis productus dicitur C. de testibus, 2. col. n. 4. & ibi alii Doct. idem Bald. in cap. veniens in fin. de iur. jur. ibi Bald. in leg. penult. §. 1. f. sol. marit. & ibi alii Doct. Joan. in l. procurat. C. de procur. Et adde valde notabiliter, quod sufficit quod subicit causa inimicitiae, ex qua verisimiliter possit resultare recusa inimicitiae licet testis offensus dicat & asserat non dum esse inimicum, ita tenet Innoc. in cap. em. 1. & A. de re iudicata, in fin. & ibi Doct. Bartol. in l. 2. in fin. ff. de his quibus, ut in iudic. Abbas in cap. repellatur, de accusat. fin. col. & ibi Felin. 2. col. nu. notat, ubi recusat singulare Roman. in leg. 1. §. si quis in villa, ff. de Sillan. 1. col. Salyc. in l. 3. ff. de testibus, 1. col. in medio. Hippolyt. de Masfilis in leg. 1. §. praeterea, ff. de quast. 2. col. num. 3. ubi reputat quotidianum in practica Alex. consil. 19. 1. col. Limita tamen & intellige praedicta, nisi inter eos erit jam facta reconciliatio, & amicitia quia tunc cessat ratio & causa contrarii, argumento textus in l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de adimen. legat. & ibi Bart. & communiter Doct. textus in l. in ipsius, C. famul. erisc. & ibi Bald. & alii Doct. quae quidem reconciliatio probatur nendum per amicitiam expressè contractam, verum etiam tacite, ut si tanquam amici ante depositionem conversabantur, argumento text. juncta Gloss. & communi opinione in §. fin. Insti. ut. de injur. & confirmatur, quia cum amicitia, vel inimicitia dependeat ex affectione vel rancore animi, non potest probari, nisi per conjecturas, & in expresso ita tenet & declarat Guillelm. in leg. in ipsius, C. fam. erisc. & ibi Bald. & communiter Doct. idem Bald. in authent. si testis productus dicitur, Cod. de testibus, 2. col. n. 4. & ibi alii Doct. Salyc. in l. 3. ff. de testibus, 1. colum. n. 2. quod subintelligit, nisi talis reconciliatio sit de recenti; quia tunc repellitur

Amplia.

Causa inimicitiae sufficit ad recusam.

Libertat.

liur, tanquam inimicus, textus est singularis in iure in c. accusatores, el. 1. 3. q. 3. & ibi norant & commendat communiter Doctor. & per illum textum ita tenet Innoc. in cap. cum oportet, de accusat. fin. co. Hippol. de Marfil, in l. 1. §. prater, ff. de questionib. 3. col. n. 4. Item etiam limita & intellige prædicta nisi inimicitia sit procurata quia si pars contra quam producitur, nulla causa vel rixa præcedente fecit ei aliquam injuriam, ea occasione & malitia, ut non producatur in tellem, talis inimicitia procurata non debet sibi prodelle, & talis offensus bene poterit admitti in tellem contra offendentem, ita Bart. text. ibi in l. 1. §. cum quis, ff. de questionib. & ibi alii Doctor. Bald. in l. sed & si quis, §. illud, ff. si quis cautionem, idem Bald. in leg. 2. §. sed si agatur, ff. de iudic. Bart. in l. 2. C. de testib. l. 1. col. in fin. Bald. in authent. si testis productus dicatur, C. eod. tit. de col. n. 5. & ibi Paul. de Cast. in l. 1. §. quest. Jacobi de Sanct. Georg. in l. 3. de testib. pen. col. n. 8. Item etiam limita & intellige, præterquam si testis pariter sit inimicus utriusque partis, quia tunc bene admittitur, ita solum Hippolyt. in d. l. 1. §. cum quis, ff. de quest. fin. co. & quest. ubi bene fundat pro qua sententia & conclusione facit text. in l. exvaneos, §. de questionib. ff. de questionib. ubi habetur, quod servus communis potest torqueri pro uno domino contra alium Item facit doctrina Bart. & communis, quam ibi ponit dicens, quod conjuncta persona potest esse testis pro conjuncta, quando lis vertitur inter pariter conjunctos; idem etiam tenet Bart. in l. non solum, §. 1. ff. de ritu nupt. ubi habetur, quod causa affectionis fraudem suspicionis amovet, idem Bart. in l. parentes, C. de testib. si. col. §. 16. & alii Doctor. idem Bart. in l. qui testamento, §. quocumque, ff. de testam. fin. col. n. 8. Spec. in tit. de teste, §. opponitur, vers. sed quid si testis, §. col. n. 10. & idem disponit lex. 9. tit. 8. lib. 2. for. II. Item adde, quod descendentes inimici præsumuntur etiam inimici, ita probat text. in leg. abtelea, §. dat remissionem, ff. de exco. cationibus. tutor. & ibi notat Bald. & communiter alii Doctor. & similiter collaterales usque ad quantum gradum reputantur inimici, argumento text. in l. lex Corn. vers. 1. de injuriis, text. in l. 1. C. si quacumque præteritis potestate, per quæ jura ita tenet Bald. in d. §. dat remissionem, idem Bald. in c. 1. §. si vassallus, el. 1. §. de feud. fuer. contr. inter domin. & agnat. vassal. Hippol. de Marfil. in l. 1. §. prater, ff. de questionib. fin. col. n. 103.

Quartò repelluntur ascendentes & descendentes accusatoris in infinitum, consanguinei ejus collaterales usque ad quartum gradum, propter affectionem quam ad causam præsumuntur habere, text. est in l. testis idoneus, ff. de testibus, text. in l. parentes, C. eod. tit. & ibi Gloss. ordinaria, idem disponit l. 9. tit. 9. lib. 2. for. II.

Quintò repellitur famulus, vel domesticus ipsius producentis, text. est in l. idoneus, ff. de testib. & ibi Gloss. ordinaria, text. in l. pen. eod. tit. text. in l. 1. C. eod. tit. quod tamen limita & intellige, quando actualiter erat in familia tempore depositionis; secus verò si jam exiit de domo & familia sua, quia tunc bene potest ferre testimonium etiam si de proximo sit exemptus, dum tamen non probetur fraus, ita probat text. in l. 1. §. item nemo ff. de quest. & ibi tenet Bart. & ibi Hippol. de Marfil. & alii Doctor. tenet etiam Pet. Cyn. Jacob. Alber. Ang. Salyc. Paul. & communiter Doct. in l. 2. C. de testib. Angel. Salyc. & alii Doct.

Inimicitia procurata non prodest reco.

Testis inimicus utriusque partis.

Parentes accusatoris.

Limita.

in l. servos, l. 2. C. de quest. Abb. in c. in literis, de testib. 3. col. n. 6. & ibi alii Canonistæ, Spec. in tit. de testam. §. 1. vers. quid si etiam; & talis dolus, vel fraus præsumitur, si statim post depositionem reversus est ad domum producentis, argumento text. in l. si ventri, §. fin. ff. de precib. cred. & in expreso ita tenet Bart. in l. si quis, e. donat. inter vir. & uxor. & Doctor. ubi supra.

Sextò repellitur infamis, & sic condemnatus de aliquo delicto famoso, textus in l. 1. §. lex Julia, ff. de test. & ibi Gloss. ordinaria. Bart. & communiter Doct. & textus in cap. si a reo de test. cogendis, & ibi Doct. facit text. cum materia in leg. infamatus, ff. de public. iudic.

Septimò repellitur perjurus, qui semel fallum depoluit cum juramento in aliqua causa, text. est in c. parviti, 22. q. 5. text. in c. quinquages, 6. q. 1. text. in c. testimonium, de testibus, text. in c. licet, el. 1. de probat. text. in c. 1. de crimine falsi, & idem disponit l. 8. tit. 16. 3. p.

Octavò repellitur socius criminis, text. est capitalis & expressus in l. fin. C. de accusat. text. in l. qui in l. ber. C. de testibus, text. in cap. veniens, el. 1. de testibus, text. in c. 1. de confessio. text. in c. nemini, 15. quest. 3. & utrobique communiter Doct. & idem disponit l. 21. tit. 16. 3. part. Cujus ratio est, quia forè veniam sperans favore, vel privilegio alterius, illum falsè nominaret, vel forte odio & inimicitia, ut eodem pereat supplicio, ita probat text. in alia leg. fin. de accusat. Sed advertendum, quod contra hoc se offert talis difficultas, nam si pars contra quam producitur, opponit, quod ille testis est socius criminis, eo ipso videtur confiteri delictum alterius, argumento text. in c. 1. de confessio. text. in c. nemini, 15. quest. 3. & utrobique communiter Doct. & idem disponit l. 21. tit. 16. 3. part. Cujus ratio est, quia forè veniam sperans favore, vel privilegio alterius, illum falsè nominaret, vel forte odio & inimicitia, ut eodem pereat supplicio, ita probat text. in alia leg. fin. de accusat. Sed advertendum, quod contra hoc se offert talis difficultas, nam si pars contra quam producitur, opponit, quod ille testis est socius criminis, eo ipso videtur confiteri delictum alterius, argumento text. in c. 1. de confessio. text. in c. nemini, 15. quest. 3. & utrobique communiter Doct. & idem disponit l. 21. tit. 16. 3. part.

Non utique existimant confiteri de intentione adversarii, cum quo agitur, & ibi notat Bartol. & communiter Doctores & per illum textum tenet etiam Bart. in l. si quis, C. de except. & ibi communiter Doct. Bald. in l. ex epistolem, C. de probat. idem Bald. in l. alia; C. de his quib. ut indign. idem Bald. in l. age cum Gemiano, C. de trans. ff. Angel. Imol. Alexand. & communiter Moderni in l. decem ff. de verb. oblig. Innoc. Abb. & Canonistæ in cap. cum venerabilis, de except. Jac. ubi dicit hanc esse communem opinionem in l. Julianus verum actorem, ff. de cond. indeb. 3. §. 6. colum. & probat etiam text. in cap. exceptionem, de re iudic. lib. 6. & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Gloss. etiam ordinaria & communiter Doctores in cap. de testib. lib. 6. ergo in nostro casu, sine difficultate poterit excipere, & non videbitur crimen confiteri, vel aliter & secundò respondeo, quod pars accusata neget delictum commississe, & in casu, quo fecisset ille testis contra eum productus fuit ejus socius, & particeps criminis, ita probat text. in l. si quidem, C. de except. & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doct. & in terminis in nostro casu, & articulo ita tenet & respondet Gloss. ordinaria in l. si filius, C. de l. h. caus. & ibi Bald. Salyc. & communiter Doct. Bart. Bald. & communiter alii Doct. in l. quantum in l. 1. §. de testibus, Hippol. de Marfil. in l. 1. §. Dicitur Antonius, ff. de quest. 3. col. n. 8. Vel aliter, & tertio respondeo, quod pars contra quam pro-

Iafamia.

Perjurus.

Socius criminis quod possit esse testis.

Reus an possit interrogari de locis.

producitur talis testis poterit simpliciter, & genericè dicere, quod ille testis commisit illud crimen, & idem non potest esse testis contra alium in eodem crimine, ita tenet & respondet Gloss. ordinaria in c. 1. de test. lib. 6. in gi. & ibi communiter Doct.

Adde tamen, quod in aliquibus casibus socius criminis potest esse testis in crimine hæresis text. in c. in fidei favo em e hæretic. lib. 6. item in crimine læsæ majestatis, textus n. c. de confessio, item in crimine falsæ monetæ, text. est in l. 1. vers. 1. C. de falsâ monetâ, item in maleficio, & mathematico, text. est in l. 1. C. de malef. & math. item eadem ratione idem dicerem in crimine nefando contra naturam, argumento prædictorum jurium, & pragmat. 8. §. ibi præg. ubi habetur, & disponitur quod illud crimen probatur eodem modo, quo crimen hæresis, læsæ majestatis: item in furto famoso: text. est in l. provinciarum, C. de feriis item in aliis casibus positus, & collectis per Gloss. & Doctor. in l. fin. C. de accusat. & regulariter dico, & teneo, quod in delictis, quæ non possunt verisimiliter committi sine sociis, socius & particeps criminis potest esse testis; ita probat text. in d. l. provinciarum, C. de feriis, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctor. & tenet Gloss. ordinaria & communis opinio in d. l. fin. C. de accusat.

Dubium tamen est, an in istis criminibus vel aliis reus accusatus, vel inquisitus possit interrogari de locis; & resolvive dico, quod si est servus indistinctè potest interrogari de locis tam in istis criminibus, quam in aliis quia verisimiliter non est præsumendum, quod audiverit illud dictum committere sine mandato, vel juvamine alterius, argumento text. in l. quicumque, vers. sane, C. de feris, ff. Si verò accusatus, vel inquisitus sit homo liber, tunc in delictis specialibus supra positus, & declaratis bene possit interrogari, argumento text. in d. l. provinciarum C. de feriis: non verò in aliis, cum ejus testimonium non valeat, argumento text. in l. fin. C. de accusat. & in effectu istam doctrinam, & resolutionem tenet ibi Salyc. & communiter Doctor. ego tamen credo ultra Doctor. quod indistinctè in quolibet delicto, modò reus sit interrogatus, modò non, si confiteatur de aliquo socio, illa confessio proderit saltem ad simplicem jurisdictionem, & inquisitionem formandam, & similiter ad capturam personæ argumento eorum que dixi supra in articulo capturæ, & argumento Gloss. ordinariæ & communis opinionis in l. 3. C. de calumniis, & in terminis ita tenet Salyc. in l. ea quidem, C. de accusat. 8. col. tenet etiam Hoff. Joan. Andr. & communiter Doctor. Canon. in c. 2. de confessio. Unum tamen est quod talis reus accusatus, vel inquisitus non debet interrogari de sociis particulariter, & in specie, sed generaliter, qui fuerunt ejus socii in delicto, quia aliàs non esset querere, sed incitare, vel suggerere, argumento text. in l. 1. §. quæ questionem, ff. de questionib. & ibi communiter Doct. & si talis reus accusatus nolit declarare in casibus, in quibus potest interrogari compellitur per torturam, dum tamen procedat contra eum præsumptò, vel indicium, quod intervenerunt eum eo socii, quos bene cognovit, ita singulariter solus Salyc. in d. leg. fin. colum. n. 9. §. 10. quod est bene notandum

Juxta quod tamen necessariò, & utiliter quæro, si talis reus accusatus, vel inquisitus confiteatur de sociis sponte, vel interrogatus in casibus, in quibus potuit interrogari de sociis, an ejus dictum & testimonium probet tanquam si ellet legitimus testis, & per consequens sit legitimum indicium ad torturam? & breviter & resolvive vi etur quòd n. n. quia unus testis de visu, & de actu propinquo, & sensu corporeo ad hoc, ut faciat indicium ad torturam, debet esse fide dignus, & omni exceptione major: ut plenè & magistraliter dico in materia torture. Sed talis reus accusatus, vel inquisitus non videtur testis idoneus, & fide dignus in causa alterius loci, ergo, &c. Et in expreso ita tenet Glossa singularis & ordinaria in d. l. fin. C. de accusat. in gloss. fin. & ibi Pet. Jacob. Butr. Faber. Alber. Saly. & communiter alii Doctores, Oldr. Angel. Roman. & alii etiam Doctores in l. & si certus, ff. ad syllab. Ang. de malef. in part. fama publica procedente, §. 1. vers. quare in particeps, & ibi ejus additionator, Hypolyt. de Marfil. in l. 1. §. Dicitur Antonius, ff. de quest. 2. columna, n. 5. idem Hippol. in consuet. 74. 2. columna, n. 8. 4. colum. num. 14. Ex quo inferitur, quod si duo, vel plures deponant de aliquo socio, non erit plena probatio secundum prædictos Doctores.

Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam. Imò, quod talis socius criminis in casibus in quibus potest deponere de sociis, sufficienter probet, tanquam legitimus testis, & per consequens solus faciat indicium ad torturam, & similiter duo vel plures plane probent, quia jura prædicta regulariter repellunt socium criminis à testificando contra socios; tamen excipiunt aliquos casus particulares; & speciales supra positos, quibus libere admittuntur, ergo bene sequitur, quod in eis est legitimus testis, & ei debet dari plena fides; & in expreso, licet sic non declarat tenet Cyn. in d. l. fin. C. de accusat. sine quest. Abbas Panorm. in cap. 1. de confessio, penult. col. 2. vers. si videri membra; & ibi Joan. de Imol. 2. colum. num. 2. An. in tract. malef. in rubric. de multis q. 2. vers. circa hunc tractatum 2. col. vers. sed q. 2. Advertendum tamen est unum, in quo possit judex errare, quod ad hoc ut talis confessio socii probet contra socium, ut faciat indicium, oportet quod sit facta eum juramento, aliàs verò si simpliciter emanavit, sine juramento in tortura, vel sine tortura non probat nec facit indicium, quia non deponit tanquam testis cum forma & solemnitate requisita: nec obstat, quod forte juravit super factis suo proprio, quia tunc depoluit ut pars de facto proprio, non tamen ut testis parte citata; & juramento tanquam à teste prælitio, unde ejus depositio non valet, nec probat, & secundum hoc judex debet esse cautus, ut rem vel inquisitum deponentem de sociis adhibeat in tellem parte citata, & prælitio juramento, & postea faciat dare copiam depositionis, ut possit se defendere sicut aliis testibus; & in terminis ita tenet & declarat solus Hippol. in sua practica, §. diligenter; 9. colum. vers. aliud etiam veris singulariter notandum ubi dicit, quod in hoc graviter errant judices, & quod ita contingit de facto in civitate Bononiæ, & per hoc liberavit quandam à pena mortis, & acquisivit maximum commo-

16 Socius criminis quod possit esse testis.

16 Socius criminis.

17 Reus an possit interrogari de locis.

18.

Contra prædicta.

dum & honorem. Confirmatur etiam sententia, & doctrina Bartoli, & communi in l. maritus, ff. de quast. ubi tenet quod si testis examinatus parte non citata, non probat, nec facit aliquod indicium ad torturam, argumento textus in lege si quis no. C. de testibus, & ibi communis opinio.

Ebruius.

Nono repellitur ebruius, quia reputatur vilis, infans, & alienus a mente sua, probat textus in l. 3. §. Julian. ff. de testibus, textus in cap. 1. de testibus, & ibi Doct. & adde quod est tempore depositionis non sit actualiter ebruius, sufficit quod solitus sit inebriari, & ita probant praedicta iura, & intentio Doctorum, probat etiam textus in §. fin. Inst. de success. subhar. & ita disponit l. 8. tit. 16. 3. part.

Incarceratus.

Decimo repellitur incarceratus, & detentus in vineulis, tempore quo deponit, quia forte spe aliqua exemptionis a carcere favore producentis dicitur falsum testimonium, textus est notabilis in d. l. 3. §. lege Julia. ff. de testib. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, idem disponit l. 1. tit. 16. 3. p.

Undecimo repellitur pauper, & vilis persona, quia faciliter posset corrumpi pretio, ita probat textus in l. 3. ff. de testibus, ibi, vel egeris, vel laeri causa quid facile auri, & ibi notat & commendat Odofred. & communiter alii Doctores, quod intelligi, quando est pauper, & vilis persona, vel sumus in dubio: locus autem, quando est honesta persona, & digna, quia tunc bene potest esse testis, ita probat textus in l. humilium. C. de incestu nuptiarum text. in c. qui testium, de testibus, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit lex d. tit. 16. 3. part. & lex 9. tit. 8. fol. 11.

Denique repellitur clericus religiosus, vel monachus propter periculum irregularitatis, quod posset incurere, argumento c. sententiam sanguinis, ne clericus vel monachus, cum similibus, praecipue additionator Abbas ibi l. col. in civili vero causa bene potest esse testis cum licentia sui Abbatis, vel superioris, aliter vero non, argumento text. in c. monachi, 16. q. 1. cum similib. & in expreso tenet Spec. in tit. de teste, §. opponitur, versio. item recipitur, bald. in l. quoniam liberi, C. de testib. alias personas quae non possunt esse testes, vide per Spec. in tit. de teste, §. opponitur per totum, Bart. in tractatu ad reprobandum testimonium, & per textum cum Gloss. in l. 9. tit. 8. lib. 2. for. 11. per l. 8. tit. 16. 3. p.

Quarto tamen pro declaratione praedictorum, si tales testes inhabiles de quibus supra, de facto deponant, an saltem faciant aliquod indicium, & breviter, & resolutive dico, quod si testis repellitur propter atetam, non facit plenum indicium, sed qualequale, ut junctim cum aliis operetur torturam, argumento textus in l. 1. §. inuenerit, ff. ad Syllan. Si vero repellitur propter sexum, quia est mulier, in casibus in quibus non potest esse testis, similiter non facit plenum indicium, sed qualequale, quia eadem est ratio. Si vero repellitur propter infamiam, ut quia perjurus, condemnatus ex delicto famoso, locus criminis, ebruius, pauper, vel similis, tunc similiter non facit plenum indicium, sed qualequale, argumento textus in l. qui ultimo, ff. de panis. Si vero repellitur propter inimicitiam, tunc inspicienda est qualitas inimicitiae an sit magna, vel levis, & secundum eam faciet indicium, vel non, argumento

l. 1. §. praeterea, ff. de quast. Si vero repellitur, quia est receptus vel examinatus ordine juris servato, puta ante litem contestatam vel parte non citata, tunc nullum facit indicium, argumento text. in l. si quis adulterium, ff. de adulter text. in l. a. ando, C. de testibus, & in effectu istam doctrinam, & resolutionem ponit bart. in d. l. maritus, ff. de quastion. 2. col. n. 3. & ibi Doct. praecipue Hippolyt. de Marfilidem Hippol. in l. 1. §. Divus Antonius, 3. col. eod. tit. Abbas & Canonizant in c. 1. de consuetu. Franc. num. in l. de indicio, & tortura, 4. col. versu. ulterius generaliter quaro.

Quod tamen limita & intellige, nisi pars contra quam deducitur tempore depositionis protestavit, quod non reciperetur, & opposuit exceptionem inhabilitatis, quia tunc indistincte nullum facit indicium, ita sing. tenet solus Aret. in l. ex parte, de test. 5. col. n. 21. & illud dictum reputat unicum, & singularem Felin. in cap. cum dilecti, de accus. pen. col. n. 1. tenet etiam & commendat Hippol. de Marfil. in l. 1. §. Divus Antonius, ff. de quast. 2. col. n. 3.

Item adde, quod si unus testis est inhabilis, & minus idoneus alter vero est fide dignus, & valde approbatus, isti duo fidei sunt, & contestes faciunt plenam, & integram fidem, & probationem, quia magna fides unius supplet defectum alterius, ita tenet bald. per text. ibi in l. si quis ex argentis, §. 1. ff. de edendo, & ibi alii Doct. Hippol. ubi plene loquitur in l. de minor. §. forme, de a. §. de q. 1. col. n. 8. Quaro tamen, an praedicti testes inhabiles admittantur in casibus & delictis, in quibus veritas per alios sciri non potest, & magistraliter, & resolutive dico, quod si factum, vel delictum est commissum tali loco, vel tempore, quo verisimiliter non potuit haberi copia testium, ut quia commissum est in eremo, monte, de nocte, vel loco secreto, bene admittuntur testes minus idonei, & inhabiles: textus est formalis & expressus in c. si de v. s. b. u. cogendus, & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, Host. Joan. Ant. Abb. & communiter Doctores, text. in cap. veniens, et l. 2. vers. fin. de testib. text. in cap. cum dilectus, vers. & si e. de elect. text. in l. non omnes, §. a. Barburi, ff. de re. mil. text. in l. sonensu, §. super plagis, C. de rep. ubi testes domestici familiares admittuntur super factis, vel delicto domi commissis, quia verisimiliter per alios veritas haberi non potest, & ad hoc notat & commendat ibi Alber. Bald. Salyc. & communiter Doctores. Secus tamen est, quando verisimiliter potuit haberi copia testium, quia factum vel commissum fuit de die in civitate, villa, vel loco publico, quia tunc non admittuntur: ita singulariter tenet & declarat Ant. de Butrig. post Gloss. ibi in c. 1. loco de prob. 2. col. n. 4. & ibi alii Doctores. Abb. Panorm. in c. final. de test. cogendis, 2. col. n. 2. Alb. in l. 2. C. de test. 2. col. in fin. Jason. ubi bald. commendat in l. conuersos populos, C. de summa Trinitate & fide Carbo. l. test. fin. col. idem tal. in eadem l. 2. lectur. 1. col. n. 50. Joan. Igneus in l. 1. §. servu. appellatione, ff. ad Syllan. in 110. Hippol. de Marfil. in sua practica, l. 1. §. diligenter, 3. n. 84. idem Hippol. in l. infans, ff. ad l. Corn. de scar. fin. col. idem Hippol. in l. fin. C. eod. tit. idem Hippol. in l. 96. in l. stit. Ex quibus inferitur, & confirmatur illa decisio textus in l. 2. C. de naufragiis, ubi disponitur, quod nauicularius pro defensione sua potest probare naufragium, vel illatum ab hostibus damnum, vel alium casum fortuitum per testes nauicularios coram proximiori iudice illius

Nauicularius qualiter probet naufragium.

illius loci, ubi casus occurrit, etiam parte adversa non citata cui negotium tangit, & talis probatio facit postea plenam fidem coram iudice competente contra omnes personas quarum res fuerunt deperditae, & quibus negotium tangit, dum tamen talis probatio exhibeatur infra annum coram iudice competente, quod est valde notabile pro mercatoribus & navigantibus; & jam habet de facto, & sic consuli, & ad hoc illum textum summe notat, & commendat ibi Bart. Plarea, & communiter Doct. Paul. de Caltr. in l. si creditor, ff. de pig. act. Aret. in c. 2. de test. & ibi Ph. Dec. qui bene loquitur, 6. col. n. 26. Fel. ubi reputat singulare, in c. quoniam frequenter, ut lite non contestata, 5. col. in medio. Advertendum tamen, quod praedicta sententia, & conclusio, quae habet, quod testes inhabiles admittuntur, quando verisimiliter per alios veritas sciri non potest, debet intelligi, quando testes sunt inhabiles ex defectu, quo non refutat odium contra personam, contra quam producantur, secus vero aliis, si contra eum refutat odium, vel inimicitiam. Quia tunc non possunt esse testes propter praesumptionem falsitatis, quae facilius hoc casu committeretur quam in aliis, argumento l. 3. ff. de testibus, & eorum etiam quae tradit Bart. in l. in quastionibus, ff. ad l. Jul. majest.

Item quato, si de facto testes inhabiles producuntur, vel producti admitti fuerunt & testimonium tulerunt, an possint per iudicem ex officio repelli parte non opponente? & breviter, & resolutive dico quod sic: ita probat text. notabilis in l. quos prohibet, ff. de postulando. Cujus verba sunt: Quos prohibet praetor a se postulare immittendo prohibet, etiam si adversarius eos patitur postulare, & ad hoc notat & commendat ibi Bald. Angel. Paul. de Caltr. & communiter Doctores. Innocent. in c. in mari, de testibus, & alii Doctores, praecipue Felin. pen. col. n. 9. Anch. in c. super eo, n. 1. eod. tit. Felin. in c. nulli, de accus. Salyc. in l. si magnum, C. qui accus. non poss. final. col. q. Jacob. de S. Georg. in l. 3. ff. de testibus, 2. col. n. 16. Angel. de Perul. in auth. de testib. §. ianemus, 2. col. collat. 7. Quod tamen sing. intellige, quando testes sunt inhabiles culpa, vel delicto ipsorum testium, vel incapacitate eorum, ut infans, condemnatus, minor aetate, foemina, vilis persona vel similis, quia tunc consensu tacito, vel expreso ipsius partis contra quam producit, non potest habilitari, quia favore publico prohibetur. Secus tamen est quando testes sunt inhabiles principaliter favore partis, ut domesticus, consanguineus, inimicus, vel similis, quare tunc iudex non potest eos repellere, licet in processu constet de eorum inhabilitate, quia pars videtur tacite eos admittere, & habilitare, & in expreso ita tenet & declarat Ant. de Butr. in cap. cum delictus, et l. 2. de consuetudine, 3. columna, num. 33. & ibi Imola 9. col. n. 34. Alex. ubi hoc reputat singulare, & valde utile in practica l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infecto, 4. columna, numero 29. Felin. in cap. inuicem, de testib. penult. col. num. 10.

Item quato, an testes inhabiles, & minus idonei possint admitti ad probandam innocentiam delinquentis? & videtur quod sic, argumento textus in capitulo literarum, de praesumptione, & in expreso istam sententiam & conclusionem tenet Specular. n. tit. de inquisitione, §. 1. vers. sed nunquid eas, n. 22. Hostiens. in summa, de accus. in rubr. de inquisitoribus, 3. col. vers. sed nunquid infamatus Alber. in l. 2. C. de testibus, in l. de re. tot. eodem Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. III.

titulo, & ibi Salyc. & alii Doctores idem Salyc. in l. testis idoneus, ff. de testibus, & ibi Flor. ubi reputat singulare & Jacob. de S. Georg. Jas. in l. sed & si quis, ff. si quis cautus, 2. columna, ubi etiam reputat singulare, Hippol. in l. 1. §. ad quastionem, ff. de quast. 4. col. n. 12. Paul. Giland. in tractatu de relaxatione carceratorum, in rubr. de absolutioe innocentia. Sed advertendum, quod ista sententia, & conclusio, licet aequa & communis, videatur valde dubia, quia omnes rationes, per quas testes inhabiles repelluntur, militent etiam in isto casu; unde cogitavi, quod posset dici & teneri, quod isti testes inhabiles plene non probent, etiam pro defensione rei, sed faciant indicium secundum qualitatem inhabilitatis, & negotii, argumento textus juncta doctrina Bart. & communiter Doctores in l. maritus, ff. de quast. ut ex hoc invalidetur, & diminuat fides probationis contrariae, ut non imponatur poena ordinaria, sed levior iudicis arbitrio, argumento textus in lege absentis, ff. de panis, & in l. interpretatione, eod. tit. & ex nova opinione & declaratione.

Item quato, an testes qui sunt habiles, & idonei, compellantur inviti dicere testimonium? & dicendum est quod sic, quia dicere testimonium est officium publicum, quod invitus tenetur quis subire, text. est in l. 1. ff. de testib. text. in l. inviti, l. 2. eod. tit. text. in l. si quando, C. de testib. text. in l. 3. §. hoc interd. de tab. exhib. text. in c. 2. per tot. de testib. cog. & per ista iura ita tenet Az. in summa, C. de testib. Odofr. & communiter Doctores in d. l. ff. de testib. Ex quo infero, quod si pars offensa secretis, & occultis forte recepit injuriam, & offensionem, & timore vel causa honoris sui nolit dicere, nec deponere coram iudice quis eam offenderit, possit iudex eam compellere declarare, ut ex sua depositione oriatur informatio, & inquisitio iudicis, ad procedendum contra delinquentem, argumento text. in l. congruis, ff. de offic. pra. & argumento Gloss. singularis in iure, & communis opinionis in c. 1. §. si duo, de pace tenenda, & ejus violat. & Gloss. etiam eorum quae ibi notantur in l. marit. C. de calum. & jam istum casum vidi de facto, & sic practicaui, quod est verum, praeterea quia talis testis sit de ascendentibus, descendentibus, vel collateralibus, usque ad quartum gradum, vel sit maritus, uxor, focer, nurus, quia non possunt cogi, nec compelli dicere testimonium contra accusatum, vel inquitum in causa criminali, nec civili ardua, text. est in l. 4. ff. de test. text. in leg. parentes, Cod. eod. tit. & ibi communiter Doctores, & idem disponit l. 11. tit. 16. 3. part. & si de facto per iudicem compellantur, eorum depositio est nulla secundum Doctorem ibi Dubium. Sed pulchrum dubium est, si tales isti sponte deponant, an eorum testimonium valeat & probet? & breviter, & resolutive dico, quod si testes non coguntur dicere testimonium, propter reverentiam ejus contra quem producantur, ut filius vel descendens, vel libertus, tunc etiam volentes non admittuntur: si vero non coguntur propter solum favorem testimonium, ne deponant contra conjunctum, infra quartum gradum, tunc volentes admittuntur, & eorum depositio valet & probat: ita tenet & declarat Bart. in l. in legibus, ff. de testib. Bald. in l. 4. eod. tit. & ibi Bart. Bald. & communiter Doctores in authent. Presbyteros, Cod. de Episc. & Cler. & idem disponit l. 11. tit. 16. 3. part. Advertendum tamen quod praedicta debent intelligi, quando veritas per alios sciri potest: secus vero si ex qua-

24 Testes inviti possunt compelli: dicere testimonium.